



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

405. De depositis, si ausi fuerint atrectare ministerium sibi dudum  
commissum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Si Episcopus voluerit exterminare aliquem de Ecclesia. *Ex Concilio Sardicensi.*

CCCCIV. Si Episcopus exterminare voluerit Clericum suum de Ecclesia, providendum est ne innocens damnetur. & ideo habeat potestatem ut Episcopus finitimos interpellet, & causa ejus audiatur, ac diligentius tractetur. quia non oportet negari audientiam roganti. & Episcopus patienter accipiat ut aut probetur sententia ejus, aut emendetur.

Concil. Sardic. c. 17.

De depositis, si ausi fuerint atrectare ministerium sibi dudum commissum. *In canonibus Apostolorum.*

CCCCV. Si quis Episcopus, Presbyter, aut Diaconus, justè super certis criminibus depositus, ausus fuerit atrectare ministerium sibi dudum commissum, hic ab Ecclesia penitus abscidatur.

Can. Apost. c. 29.

De Presbytero accusato. *Ex Concilio Rotomagensi.*

CCCCVI. Ut nullus Episcopus Presbyterum accusatum ab officio Missæ removeat, nisi ad causam suam dicendam die statuta litteris evocatus minimè occurrerit, id est, infra spatium mensis. Et si post mensem secundum non occurrerit, tunc ab officio suspendatur, quousque pro se rationem reddat. Si enim laici non canonicè excommunicantur nisi tertio fuerint vocati atque commoniti, indignum videtur ut sacerdotibus denegetur, qui majoris ordinis & dignitatis sunt, quod laicis regu-